Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manuscripta Rhenaugiensia - Cod. St. Blasien 33 bis 37

[Pars IV] - St. Blasien 36

Rusconi, Bernhard

[Südschwarzwald, St. Blasien u.a.], [2. Hälfte 18. Jh.]

Gerold Müller, Notae er reflexiones in chartarium seu librum fundationum

urn:nbn:de:bsz:31-46582

Visual Library

Notæ
In Librum Fundationum seu chartarium
Sub Num. V.to

Ne ex archivis autographa sæpius efferre necesse sit, inquit
[Ma]billon de Re Diplomatica, inventi sunt duo libri, qui autographo-
[ru]m vice fungerentur. Unus fuit codex chartaceus s. chartularium
[qu]e chartarium vocant, in quem Diplomata aliæque chartæ ex ordine
[in]tegro referebantur. alius liber censualis s. Polyptychon dicebant,
[in] quo Ecclesiæ vel Monasterij prædia annuosque census summatim exhiberet.
Chartariorum tria sunt genera. unum historicum, in quo connectuntur
[ve]terum monumenta, ut rerum gestarum series simul explicetur,
[qu]ale tentavit R. P. Rom. a Lauffenstein morte præventus consumare
[no]n potuit. Alterum authenticum, ex ipsis autographis descrip-
[tu]m, ad eadem recognitum per publicos Notarios, quale est codex
[pr]ivilegiorum in duplo a concilio Basileensi vidimatus sub num.
[..]. Tertium pura Instrumentorum copiam continens collectionem
[a p]rivato scriptore factum, absque publica authoritate et recognitione,
[qua]le est, quod modo præ manibus habemus.
[C]ontinet istud omnis generis Instrumenta. Regalia sc. Diplomata
[Re]gum et Imperatorum. Pagensia seu privata sc. donationes, quas
[vet]eres testamenta dixerunt, et concambia. Ecclesiastica, ut Bullæ
[Greg]orij II. PP. et alia quædam circa ~~finem~~ finem codicis, quorum
[au]tographa injuria temporum interierunt.
Authoritatem huiusmodi chartariorum si quis suspectam habeat, audiat
[Ma]billonium ita definientem = Non potest iis in foro denegari
[...]ta fides, maxime si vetusta ~~sint~~ sunt. Primo enim longam post
[...]ta fides, maxime si vetusta sunt. Deinde si nostris moribus Diaria
[...]pem ac proinde præscriptionem probant. Deinde si nostris moribus Diaria
[...] mercatorum indices libelli in causis forensibus fidem obtinent, qui
[...]fiam vetustis illis codicibus idem tribuatur? certe eum scopum præse
[t]ulerunt eiusmodi chartarum collectores, qui haud dubie ipsis non veri[...]
[...] in mentem, nisi suo tempore istorum librorum recepta fuisset
[au]thoritas.
At chronotaxis, inquies, sæpe numero fallit. Non diffiteor, anti-
[...]graphum nostrum plerumque annos Pontificum, nonnunquam etiam In-
[...] non conspiciuntur, pro suo ar-
[bitrio] nationis, qui utrique in originalibus non conspiciuntur, pro suo ar-
[bi]trato adjecisse, cum frequenti notarum chronologicarum antilogia,
[...]ipsum, profiteor c. Mabillonius, factum a pluribus copistis, non tamen ea
[...]ipsum, profiteor c. Mabillonius, factum a pluribus copistis, non tamen ea
[...]itate, sed animo juvandi posteros et ad demonstrandam historiæ serie[m].
[...] utique consultius fecissent, si notas huiusmodi non ipsis literis, ubi
[...]rant, subtexuissent, sed margini saltem adscripsissent: Quid a nisi?
[...]talibus copistis frequens irrepserit achronologia, quandoquidem hodierni
[...] historiographi in tanta jam veterum monumentorum luce caligare et circa
[...]chas. Pontificum et Regum in dissedes sæpe sæpius sententias dilabuntur?
[Qua]propter ita concludo cum sæpefato Authore: huiusmodi additiones, et in[...]
[...]e sufficere non debent Imperatorum verti, nec ~~...~~ chronologicos characte[res]
[...] temere forsan adjectos rejici debent incunctanter vetera Instrumenta,
[si] nulla alia vitii causa subsit.
Conclusio seu Scopus. Illustrando huic chartario nostro animum
[a]pponens, seniorum traditiones ac ab ipsidem acceptas extraneorum opiniones
[co]ngerendo, certi quid determinaturus, frequenter e Scylla in Charybdim
[m]e incidere deprehendi. animo igitur diu in diversa versato, consti-
[tu]i problematice solum procedere, determinatione sagaciori aliorum judi-
[ci]o relinquens. chronologiæ potius explicandæ gratia.

Charta I. pag. 2. Sub Num. VI

Diploma Ludovici Regis.

In Nomine Domini. Inter signa characteristica, e quibus ingenuitas Diplomatum dignoscatur, invocatio divini Nominis primas eden obtinuit sub Regibus carolingis, eorumque per aliquot secula successoribus. Formula duplex erat una: In Nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis; altera: In Nomine Domini et N. J. Ch. aut similis tenoris, quarum modo hac modo illa usum fuisse Ludovicum nostrum, testatur Mabillon l. 2. c. 4. de R. D. Et vero in præsenti Diplomate posterior; in duobus sequentibus prior adhibita fuisse conspicitur.

Hludowicus. Ludovici Pij Imp. et Irmingardæ Filius.

Divina ordinante &c. Quod hodie simpliciter per formulam Dei gratia, olim gravius sonuit ad majestatem per Participium: in 2do divina favente gratia.

in 3tio Divina favente clementia.

Rex, non Imperator, Bojoariæ et Franciæ orientalis seu Germaniæ, unde et Germanici adeptus est cognomen. Juniorem vocant, vel Primum.

Quoniam Principem &c. In chartis regiis promitti etiam solebat tibi concessa gratia pro subjecta materia, ut mox sequitur.

Destructas restaurare. Quo indigitatur, hoc diploma non uni Patri sed Filio restauratori datum fuisse. Quod autem dicit, oportet nos restaurare, sensum habet: oportet nos restaurationem a vasallo nostro factam confirmare: ita sequente restauratione ante an: 852 contigisse.

Qualiter Rabanus &c. Ex Monacho Fuldensi sui temporis Eruditissimus Archiepus Moguntinus an: 847. obijt teste Trithemio Aº 855.

Et Salomon. Ex Monacho Sangallensi, ut Trithemius, vel Augiensi, ut Bucelinus existimat, Epus Constantiæ ab anno 831. usque ad an: 873.

Nec non Folcwinus. Abbas Augiæ Divitis ab an: 849. usque ad 858.

In concilio Moguntiæ. Quod anno 852 præsidente Rabano, ac præsente Rege Ludovico, nec non Abbatibus orientalis Franciæ, Bojoariæ atque Saxoniæ celebratum fuisse, tradunt annales Fuldenses.

Nobilem virum. Besoldus V. Edel. Nobilium olim titulus solis Ducibus, Baronibus et comitibus tribuebatur; alij inferioris conditionis Nobiles dicebantur Ingenui vel Ministeriales.

Nomine Wolvene. Wolfin, Wolfleos, Wolfhard &c. usitata Nobilium in Turgovia nomina, apud Vadianum.

Cuius Pater et Avus: Hos fuisse Kyburgi comites, ex traditione senioribus vicinis. Arcem Kyburgi a Ruthardo Alsatiæ, nec non Alemanniæ et Turgoviæ comite circa an: 760. fundatam esse scribunt Bucelinus et Iselinus. Wolfhardum Ruthardi filium comitem Kyburgi Monasterij Rhenov. Fundatorem prædicant Bucelinus et Goldastus. Wolfhardi Filium fuisse Wolvenum, Parentem Restauratoris, indubitata huiusque tenuit Majorum nostrorum fides, consensu non unius Historiographi confirmata, et ex chronico Einsidlensi suo loco confirmanda.

Hinc ruit quorundam olim opinio, originem Mon. ij ad annum 678. referentium. Nam præterquam cum hac opinione incompossibilis est traditio longe antiquior, Picturis etiam veteris Basilicæ confirmata, Fundationem Monasterij comitibus Kyburgensibus toto seculo posterioribus in acceptis referens. præterea incredibile est, Wolfhardum an: 678. jam provectæ ætatis virum, post duo integra abinde secula reliquisse Nepotem superstitem

lienum H. restauratorem, quē anno 878 supervixisse, constat ex chr.

XX.

Sic juvat praedictam opinionem Tabula Theobaldina olim valvis basilicae veteris affixa, in qua sequentes leguntur versiculi:

Ime gibenhundert ganz überall
ist schon auch der minder zahl
Wolvinus ain Prost mich renoviert.

os de restauratione coenobij perperam accipientes, non inconsequenter arguerunt, fundationem primaevam multis utique praecessisse lustris; m tabulam illa loqui de renovatione Ecclesiae, non Coenobij, liquido t; alioqui cur valvis Ecclesiae, et non justius atrio coenobij affixa fuisset; deinde phrasis ista gibenhundert ganz überall, conde intelligitur de octingentesimo, quo septingenti numerari desinant.

Sic non et ipse construxerant. Itaque Wolfhardus coenobiū exodicavit circa annū 800, ut comunis hodie fert sententia. Wolne Senior Ecclesiā aliquot jamtum Seculorū vetula renovavit anno 818. Senior, inquam, non junior, nam annus novo memoratus ti Filius melius quā istius convenit. Denique Wolvenus Junior Ciū pene Diruatum restauravit anno 850, teste chronista Einsidlensi.

Rinowa in pago Turgeuve. Pagus ab antiquario Rhenano dicitur in Gow, welches ein theil und gewüsser strich lands. hinc patet n. 18.

In comitatu. comitatus erat latissima aliqua regio, plures districtus seu Pagos complectens. Turgoicus secundū Goldastū et Iselinū non Pagū Turgoicū sed etiam districtū Toggenburgicū, Sangallense Abbatiscellense, aliquando etiam Cleggoviense includebat. Titulus dem comitū ac Ducū nondū erat hereditarius, sicut nec officiū, attamen scribit Münsterg, Bona et Districtus a Regibus dabantur in Proprietatem quod vocabantur alodia, et per hereditariā successionē rursus dividebantur in plures Possessores, et successive etiam ipsi comitatus plures centenas, quarum Dni vocabantur comites centenarij, gaudentes aliqua limitata Jurisdictione.

Adalhalmi. Adelhelmus idem ac Anselmus. Porro hoc verba, in comitatu Adelhelmi, non respiciunt tempus restaurationis vel Diplomatis dati, procedens, similiter in Diplomate Henrici III Dr. in comitatu Bertoldi tamen non tempore restaurationis sed impetrati Diplomatis officio fungebatur: nam secundū chronicon Einsidlense desolatio illa Mrij nostri m. Adelhelmi subsecuta est: ut alibi videbimus, tempore restaurationis Albertum Turgovio imperitasse.

Monachū quemdam Gozpertū. Sequendam suspicione facit, an non Gozpertus iste ex alio cenobio fuerit ascitus? Et fortassis Mrij recens restituti necessitas id exigebat. v. n. 21.

Abbatem constituerent. Vadianus l. 1. de colleg. et Monast. celebri more ibi observatū, ait, ut, qui a Monachis electi essent, honesto aliquo comitatu ad Principem mitterentur, qui electione rata haberet. (cardinale v. confirmatione officium sed Mrij in Abbatia erectione denotare)

Monachos regulariter regat, res Mrij integer foris. Hinc patet, Gozpertum fuisse Abbatem non mere commendatarium sed regularem, praesertim cum precisioni textu dicatur Monachus.

Non aliunde Abbas constituatur &c. cum eo aevo Abbatiae frequenter Principibus darentur, vel ab Episcopis et comitibus raperentur in commendas, ut testatur Vadianus loc. cit. Ludovicus per hoc Privilegium securitati Mrij prospicere voluit.

Eligant Advocatos &c. Alterum hoc est insigne Privilegium contra advocatorum insolentiam, qui aut Advocatias violenter involantes, aut eas velut hereditarias et eo titulo Jura et Bona Monasteriorum sibi usurpantes, pro eo, quod deberent esse modesti defensores, ut loquitur Ludovicus facti sunt rapaces et injuriosi exactores, et quod proverbio exprimit Besoldus, von Schirmherren Schinderherren.

Eidem Bannum regale debemus contradere. Bannum multiplicem habet significationem: hic significat Imperium seu judiciariam potestatem. In quodam Diplomate Monasterio Hirsaugiensi dato apud Trithemium vocatur Bannum legitimum; in nostro Regale, per quod Jurisdictionem criminalem denotari colligo ex Vadiano, secundum quem olim Regibus reservata, solebat comitibus vel advocatis Ecclesiarum delegari, quod eam per se exercere Personas Ecclesiasticas non deceret.

Quod vulgo Balmunt dicitur. Locum hunc explicat Ludovicus per verba: ut quicunque commissi sui praevaricator extiterit &c. esse difficilis est Etymologia: nam Mundium in legibus Longobardicis significat tutelam, inquit Besoldus, unde et Muntwaltos dixere Tutores, quos nos Vormünder appellamus. Bal pro falso accipiunt Nomenclatores, adeo ut Balmunt sit falsa vel infidelis tutela.

Nullum jus placitandi habeat &c. Placitum significat Judicium seu comitia Judicialia, Landtgricht: hinc Ludovico nostro placitare idem est ac judiciariam potestatem exercere. Habebantur autem Placita sub dio, et locus vocabatur mallum publicum. Advocato placitanti dabatur tertia pars mulctae, quae in Diplomate quodam Hirsaugiensi vocatur tertium Bannum. Nisi vocatus ab Abbate. Teste carolo du Fresne, advocati quotannis ter Placita in Monasterijs celebrabant; at Ludovicus hoc ponit in potestate Abbatis, ne Advocatus ansam arripiat Jurisdictionem velut ordinariam sibi arrogandi.

Statuta caroli Avi et Hludowici Patris nostri. Vadianus l. 1. de coll. ex Trithemio(?) testatur, carolum M. communi Edicto permisisse Monachis, ut Abbates ipsi eligerent. Et apud Mabillonium ad an: 822. Ludovicus Pius ita proloquitur: Monachorum siquidem causa qualiter Deo militantes ex parte disposuerimus, et quomodo ex seipsis eligendi Abbatis licentiam dederimus, in alia schedula diligenter annotari fecimus. aliud quoque statutum generale Ludovici Pij de libera Electione advocati legisse ne memini.

LX. Libras auri. Subinde mulcta sola, subinde cum imprecatione adjici solebat, de qua legi potest Mabillon l. 2. c. 2. de R. D.

Authentia.

Manu propria: apponendo monogramma, certa Litterarum dispositione Nomen HLUDOVICUS exprimente.

Sigillo nostro. Author noster l. 10. c. 10. a Regibus carolingis frequentiorem mentionem annuli, rariorem sigilli fieri memorat. Nostrum Ludovici primum sigilli, duo posteriora annuli mentionem faciunt. Porro sigilla cerea alia sunt affixa, alia pensilia. de affixis ita Ille l. 2. c. 16. charta in modum crucis incisa, et quatuor incisurae angulis revulsis, apposita est utrinque cera, per scissurae spatium in unum coagmentata, cum in anteriori parte impressa annuli effigies. Haec descriptio genuina deprehenditur in nostro Diplomate cera per injuriam spoliato, solis cerae maculis relictis.

Hadebertus recognovit: tanquam Notarius vel cancellarius signo suo apposito ad eum modum, quem Diplomatista noster describit l. 2. c. 21. n. 14.

-ali prima et secunda stirpe scilicet Merovingica et Carolinga, cancellarij
-la subscribere solebant, ut nominibus suis sugronant signa variis tri
-s involuta per modum litterae S. diverso modo contexta, quo signo nonnul
verbum subscripsi designari volunt.

Ad vicem Grimaldi. i. e. pro Archicancellario. Grimaldus fuit archi
-pellanus Regis Ludovici. Archicapellanos autem non raro archican
-cellariorum simul officio functos esse, testatur et exemplis demonstrat
Mabil. l. 2. c. 11. is defuncto Engilberto Abbate S. Galli illud Monasterium
a Rege Ludovico in beneficium acceperat an. 841, unde a Ratperto
monacho S. Galli vocatur Abbas canonicus: ita tamen se habuisse
laudatur commendatarius, ut melior e gremio eligi non potuisset.
Potissimum tamen in aula versatus, Hartmuto Abbatia cum tre
successionis administrante, Bucelino teste an. 865 aulo augusto
laboribus fatigatus ad suum S. Galli Monasterium se recipiens totum se
regolis Monij dedit: obijt an. 872.

Actum Moguntiae. Quod, Mabillonio teste, jam sub Dagoberto Rege
fuit unum ex Palatiis regiis. Nempe reges et Imperatores olim non in
uno loco residebant, sed ab uno ad aliud Palatium, quorum plurima
habuerunt in suis Provinciis, digressi, sua Placita et Comitia habu
-erunt.

Chronotaxis.

Dat. ab Incarn. Dni DCCCLII. Ind. XV. cum anno 852 concordat In
-dictio: Item etas Rabani, Salomonis, Folcuini, Grimaldi. Denique Con
-cilij Moguntini, quod teste Baronio fuit tertium ibidem sub Lud
-ovico nostro celebratum. Congruit etiam copista adjicit annum V. cui exacte
completum Leonis IV, qui anno 847 creatus fuit eodem die mensis apri
-lis quo diploma nostrum datum, scilicet pridie Idus seu die 12mo.

Fuerunt Pseudocritici quidam, qui diploma nostrum ea duntaxat de causa Siquoras
velut spurium exsibilarunt, quod in eo exprimantur anni ab Incarnatione v. h. 40.
Dominica, quos ante Carolum Crassum nusquam adhibitos ex aventino et Sube
-rochio didicerunt, caeci a caecis ducti. Quem errorem detexit Mabillonius
et Iselinus V. Carolus Crassus, producentes varia Regum ante Carolum Crassum
Diplomata annis Incarnationis insignita, qualia etiam invenies apud Lan
-gium, Crusium et alios.

Regni Hludewici X. Variae sunt Epochae regni Ludoviciani, quarum duo nobis
conveniunt. Prima est a regno Franciae Orientalis, quod post civiles cum
Patre motus adeptus est a°. 832. vel 33. Pro hac stat praesumptio, quoties fit
mentio regni Franciae Orientalis, praesertim, si alio nota chronologica corres
-pondeant. Altera est ab anno 842 vel 43. quo pax apud Virdunum in Gallia in
-ter fratres reges restituta est. Hoc in diplomate praesenti locum habet, eaque
ea sed ex ignorantia nimirum prioris Epochae usus est chartularius noster toto
in codice, et hinc in errorem non semel inductus.

Charta II. p. 2. col. 4.

Traditio Rinloz.

Cogitans de eterna beatitudine. Quamvis hoc charta specie concam
-bij praeferre videatur: motivum tamen pium satis demonstrat, plus a Rin-
-lozo datum quam acceptum fuisse. Sed de hoc mox iterum.

In villa Loucheringa et in illa Marcha. Marcha significat colli
-minium ~~[illegible]~~ Begrandt, proprie limites districtus alicuius. ita Goldast
Resol. Speidel.

Per concessionem Gozperti comitis. In seq. charta dicitur comes atque Abba.

Et consensione Fratrum. Nota Mabillon. l. 6. f. 517 de R. D. in
celerisque litteris comutationum illius temporis exprimi, quas factas esse

per Abbates cum consensu Fratrum: quod ipsum videre est in quibusdam alijs chartis nostris.

In villa Sezzilinheim in Alegovve. Sözzlen im Hawerland.

Et illud quondam meum in jus hereditarium Mirij relinquam, scil. Sezzilinheim. Observat Mabillonius, donationes sæpe conjunctas fuisse cum Precaria: ut vel ipsa possessio donata vel aliud quicquam donatori in beneficium et vitalitium concederetur. Donavit igitur Rinlozius quidquid habuit in Lauchringen, ut tamen Mirij bona in Sezzilinheim reciperet ad dies vitæ tantum possidenda, quod satis exprimitur per verba, in ius hereditarium relinquam, nec non per illa, cogitans de temporalis vitæ provisione. merito igitur Benefactorum albo accensetur Rinlozius.

In comitatu Adilberti coram testibus. Vadianus l. 3. de colleg. et Mon. Jubebat Ludovici Pij Lex, ut, qui pro salute animæ suæ vel propinquorum donare vellent, sub suo comite id agerent, testibusque fide dignis donationem facerent ratam.

Anno II Hlodowici Regis, anno autem I Sergij PP. II. Annus II Ludovici Pii posteriorem Epocham incidit in annum Christi 844. cui etiam [illegible] chartista [illegible], quod per decursum adverti velim, teste Mabillonio, chartarum scriptoribus non solebant adjici anni Pontificij, bene accomodatur is annus Sergij Papæ, quippe qui creatus est eodem anno die 10. Februarij. Quæ tamen chronotaxis nonnullis suspecta videtur, errorem in cyphra irrepsisse arbitrantibus, quod teste Mabillonio in chartarijs frequenter [illegible] [illegible] vel certe pro anno 2do Ludovici legendum a. 21mo. Siquidem observavit modo dictus Author, antiquitus in chartis privatis sæpius [illegible] de numero undecimum scriptum fuisse duabus unitatibus majusculis, quo pacto annus 21mus Ludovici corresponderet Aº D. 853, quem et ipse chartarum ordo exposcere videtur. Ego judicium meum hic suspendo, rationibusque pro- et contra supersedeo, neque enim animus mihi est, chartarium incertis sententiis obscurare sed simplicibus illustrare annotationibus.

Charta III.

Concambium Thiettonis Presbyteri.

Ego Thietto cum manu Advocati mei. cum manu, i.e. per stipulationem, in die Hand geschlagen, ut explicat Vadianus. aliæ chartæ habent manu potestativa, quæ erat formula usitata, teste Goldasto, idem sonans ac cum manu advocati.

Baznundinga Bezzendingen.

Gozpertus comes a[?]bba. Idem qui in priori charta.

E contra mihi alterum agrum. Purum hoc concambium est, nec in Benefactores referendus.

Anno regni Lud: XXI, qui correspondet anno 853.

Mense Majo IV. nonas, die Jovis. quod contigit eodem Aº 853. quo Littera Dominicalis A 30mo Aprilis affixa, diem Jovis reposcebat IV. Nonas seu 4to die Maij. De hac chronotaxi nullum dubium superest, cum ambæ notæ chronologicæ bene concordent.

In comitatu Adilberti. Quem jam anno 838 Turgoviæ imperitasse testatur Mabillonius.

Anno VI Leonis Papæ IV. Hunc pro more adjunxit copista, non tamen exacte, cum enim Leo creatus sit 12mo Aprilis Aº 847, in Majo anni 853 jam currebat annus VII.

Charta IV. p. 3. col. 1.

Traditio Meginhard Presbyteri.

Divina gratia compunctus &c. qui non renuntiat &c. quibus verbis elucet intentio Meginhardi omnes renuntiandi &c.

In termino Ettingen. vide in fine.

Pro remedio animae meae, Patris, Matris &c. qui proinde omnes Benefactorum suffragiis ab eo tempore gavisi sunt.

Tantum in eam fidei rationem, ut ibi locum et nutrimentum habeam. Particulae, tantum in ea &c. satis indicant, Meginhardum ut perfectionis studio aestuantem, non statim vel improvide voluisse se resolvere ad vitam monasticam, sed canonicam tantum. quin tamen postmodum religiosam professionem emiserit, non restat dubium, siquidem in catalogo Fratrum Augiensium Meginhard esse Presbyter ordine 40.o inscriptus reperitur.

XII Kal. Sept: regnante Rege Ludovico. at quo anno? hoc ipsum conqueritur Mabillonius apud Francos multas reperiri chartas absque ullis notis chronologicis aut certe dimidiatis.

A.o I Benedicti PP. III. qui creatus est a.o 855. die ... ita sensit Scriptor noster seriem chartarum et temporis observare studens.

In curte quam tradidi, ad Mettingen. curtis nun Hoff.

Charta V. p. 3. col. 2.

Traditio Sigemari.

Vir quidam. Non est igitur copia ipsius instrumenti, sed relatio duntaxat factae traditionis, quae paucis mutatis invenitur etiam in Mss. Biblioth.

Cellam, quae dicitur alba. per cellam hic non intelligitur curtis nun Hollenhof, prout opinabatur R. P. Michael Renner ... cum Goldasto: cellae a celando dictae fuerant loca solitaria, seu solitariis, quo se reciperent Mss. Biblio. dicata, in quo velut religionis gratia se reciperent. S. Blasii et Matilde Hoc sic habetur, cella alba, quae nunc dicitur S. Blasii et ... scribit, cella S. Blasii ad annum 903 ex authoribus Basileo, ... hystoria succincta ... primitus habuisse nomen cellae albae. hystoria succincta ... ex Archivio San-Blasiano hausta, ad annum ... Bucelino, haud dubie ex Archivio San Blasiano hausta, ad annum 801, his verbis: ad S. Blasii in Hercynia Eremitico vitae plurimis iam saeculis ibidem felicissime exercito Monastica iuxta leges D. Benedicti ... iam antea annis adiungunt. primi illius loci incolae, qui Abbatiali honore insignirentur, cui eousque Prioris titulo praefuere aliqui.

Pro semetipso et Filio suo Liuthere. Manuscriptum Bibliothecae habet: pro semetipso et Filio suo, cui nomen Liuthere Monachus. eundem esse non ambigo, qui in catalogo San-Gallensi habetur Liuthere Presbyter ordine 79. sed et ipsum Sigemarum cum cella alba semetipsum per hanc traditionem vitae coenobiticae, haud improbabile est, quod per ... Pro semetipso haud obscure indigitatur. certe in dicto catalogo habetur Sigemar Monachus, ordine 40.mo.

Sub Rege Ludovico, puta Germanico. sed quo anno? si seriem chartarum spectemus, non ante annum 856. et quia haec donatio confirmatur in Diplomate Ludoviciano ... de anno 858, die vero 13 Aprilis necessario ante hoc tempus facta fuisse, nempe anno 856 vel 857, liquido demonstratur. quod confirmatur ex Bucelino ad annum 857, ita scribente:

Hercynia (. puta circa hoc tempus) in partibus maxime cenobiis S. Blasii, Trudperti et Georgii effloruit. unde non dubium, quin Colonia nova illuc missa, et ascesis Benedictina ibidem implantata fuerit, quod ipse Sigenus expresserat per illa verba: ad stabiliendum inibi servitium Sce Mariæ. Et non ante confirmationem regiam anno 858 editam, factum fuisse verisimilius est.

Anno I Nicolai Papæ, qui creatus est anno 858. die 24 aug.
Erroneam hanc notam, quæ in Mss Bibliothecæ non habetur, Copista noster adscripsit: nam ex dictis constat, traditione ista aliquanto ante 12 aprilis eiusdem anni, quo a Ludovico confirmata est, facta fuisse. Ignoravit neque Copista diem Electionis Nicolai, licet sciret traditionem confirmationi præponendam esse, secus anno III Benedicti III dictam scripsisset.

Charta VI.

Ego Lantfrid. Comitem fuisse crediderunt, qui eum cum ornatu comitis depinxerunt. Sed cur non ipse se comitem diceret, sicut Adilpertus et Gozpertus in chartis sequentibus?
Pro remedio &c. qui proinde omnes Necrologio inscribendi.
In Alpegowe in villa alaffin. Alaffen im Schwartzwald.
Ubi Abba Antwart. Et nomen Antwart reperitur in catalogo nominum Presbyterorum ex vetustissimo codice S. Galli apud Goldastum.
Præesse videtur. Mabill. l. 6. f. 541 de R. D. in not. Verbum videtur non importat fictionem et improprietatem, quæ veritati contraria sit, uti quidam pseudocritici somniant.
XI Kal. oct. die Dom. id est, die 21 Septembris, quæ signatur Littera E. hæc porro fuit Dominicalis annis 844. 850. 861. quid iam judicium? plane hæc charta videretur præponenda esse Diplomati Ludoviciano de anno 858, in quo Alaffa expresse continetur, ipse etiam chartarum ordo annum 85[illegible] exposcit. at eo anno littera Dominicalis non fuit E sed C. An error scriptoris irrepsit in cyphra XI? id quidem frequens est in chartariis: sed quis pro certo adstruat? responderet Mabillonius l. 2. c. 28 de R. D. chartas donationum non raro longe post factam donationem fuisse scriptas: quo facto dicendum foret, donationem præsente anno 857 factam quidem, at primum anno 861 redactam fuisse in scripturam. qui Antwarthum Gozperto præponunt, huic donationi annum 844 assignant, quibus lite movere non est huius loci.

Charta VII. p. 3. col. 2
Traditio Swab Presbyteri:

In Pago alpigowe, in vico et in termino ad Waldkirchun. Waldkirch im Schwartzwald.
Me quoque secuturum promitto. Notat Mabillon l. 6. f. 501. de R. D. in Annalibus ad annum 778 ad Monasterium institutum convolantes, suaque omnia contulisse, unde nonnunquam Monasteriorum facultates accreverunt. Colitur in sæpe dicto catalogo S. Fratribus Renaugio Swab Presbyter ordine 37.[illegible] accensetur.
X Kal. Julii id est 22 Junii.
Sub Papa Nicolao, qui creatus est anno 858 die 24 April. annus Papalis a Copista conjecturaliter adiectus est. Sed, cum Waltkirchha continebatur in Diplomate Ludoviciano de 12 April. anno 858, hæc donatio necdum rejicienda est in diem 22 Junii anni præced.

Charta VIII. p. 3. col. 3.
Traditio Nanger et Adalniu.

Nanger et Adalniu. Dalniu, non Adalniu, legendum esse docet Goldastus, quod et in similibus observandum. porro utriusque debetur commemoratio inter benefactores.

ad Magsin. [illegible].
Anno XX Ludovici Regis, nempe anno 62.
Anno III Nicolai Papæ, concordat utrumque cum anno prædicto. Si quæras cur Ipse ista hanc chartam duabus sequentibus quæ sunt antiquiores [illegible] antea posuerit? R. quia errone putavit sequentes duas juniores, et quidem unam anno 8[illegible], alteram anno 868 editas fuisse, prout ibidem demonstrabo.

Charta IX. p. 3. col. 4.

Traditio xma Wolveni Restauratoris

Remittit ad chartam sequentem, quæ ibi repetuntur.
Parentibus meis inter se litigantibus. Mabillon in annal. Bened. ad an. 743. Non solum Progenitores sed etiam consanguineos et cognatos Scriptores illi nomine Parentum intellexerunt. Parentelam Wolveni ex parte describit Bucelinus. Rutharde Filios ait Rupertum Ducem Alemanniæ ac comitem Turgoviæ, nec non Wolfhardum Fundatorem nostrum, Kyburgi dominum. Wolfhardo filium ille attribuit Hugobaldum Kyburgi heredem; nos ex authoritate Chronicorum et quorumdam authorum etiam Wolvenum. Wolveni hujus filius erat æquivocus Wolvenus Restaurator. Si quæras 1º. Quisnam fuerit Adelhelmus Comes Turgoviæ, post hujus obitum litigia illa, teste Chronico Einsidlensi, exorta sunt? Puto, fuisse Ruperti Filium, qui post mortem Patris tempore fundationis Turgoviæ præsederit. Moveor, quia in Diplomate Ludovici [illegible] fundationis, Turgoviæ præsederit. Moveor, quia in Diplomate [illegible] cedenti et mox sequenti [illegible] dicitur [illegible], puta primitus [illegible] comitatu Adelhelmi. Qua ratione Adelhelmus fuit Wolfhardi ex fratre nepos, et Wolveni senioris Patruelis.
Si quæras 2do. Inter quos igitur ex prædicta Parentela questio illa intestina intercesserint? Respondet Chronista Einsidlensis, inter Wolvenum eiusque filios ex una, eiusque Fratrem ac hujus filios ex altera parte. A Confun[illegible] Wolvenum seniorem cum juniore. Ego sane non ambigo, quin [illegible] videtur Wolvenum seniorem [illegible] hujus belli domestici fuisse Wolvenum seniorem, [illegible] Partes Principales hujus belli domestici fuisse Wolvenum seniorem, eiusque Fratrem, seu Hugobaldus is fuerit, seu alius nobis incognitus. Argumenta sunt haud obscura. Primo namque Wolvenus ipse protestatur litigium illud inter Parentes suos, tanquam partes principales intercessisse. 2do Ipse chronista Wolveno attribuit Filium, et Mss.tum Bibliothecæ filiam Diethergam: atqui in altero Paragrapho Chronista subiungit, [illegible] Wolveno [illegible], Manuscripta autem nunquam mentionem faciunt Wolveni alicuius antonomasia Restauratoris, nisi illi Wolveno filiam Diethergam attribuunt. 3tio Wolvenus Restaurator restaurationem a se factam profitetur, pro remedio animæ suæ et Parentum suorum: traditione autem, ut sui vel Parentum suorum memoria in orationibus Monachorum ibidem existentium assidue frequentetur; [illegible] quæso in nostra memoria seu suffragia, prout Ludovicus ipse et alii faciunt in hoc ipso chartario, poscit pro uxore et Liberis pro nostris [illegible] Si tamen iuxta chronicon saltem tempore huius traditionis erat in[illegible] dicta dissensio [illegible] proles? Si quæras 3tio quo tempore sæpe dicta dissensio [illegible]
Si quæras 3tio quo tempore contigerit, occasione hæreditatis contro[versio] exorta fuerit? quomodo contigerit, occasione hæreditatis contro[versio] exorta fuerit? qui quomodo, cum tamen Reges et Imperatores eo versi ad arma privata pervenerit esse, cum tamen Reges et Imperatores eo [illegible] fine usquam sedem stabilem figentes, sed in comitatu plurimorum comitum et Ministerialium ab uno palatio ad aliud, quorum plurima in suis ditionibus habebant, proficiscentes, ~~[illegible]~~ Placita hinc inde celebrabant, ut contro[versias] [illegible] inter Vasallos dirimerent? hoc ipsum miror ego, ideoque [illegible] firmiter teneo contigisse ista, eo ipso tempore, quo exortæ sunt civiles illæ discordiæ et bella, a Ludovico eiusque Fratribus contra Patrem Ludovicum Pium excitata et ab a.º 838 usque ad an: 843 agitata. Tunc nempe, quando jura inter arma silebant, latus aperiebatur campus litigantibus, mutuis infestationibus in se invicem grassandi. Accedit, quod mors Adelhelmi [illegible] tantorum malorum ansa, vix ante annum 838 contigerit, quo Adalbertus Turgoviæ præfuisse primo reperitur. Licet autem reconciliatis cum Patre Fratribus regiis,

Haud dubie Kyburgica etiam litigia sopita fuerint, Wolvenus tamen, ut opi-
natur Langius, non ante annum 849 animum adjecit ad restaurationem
Monasterii.

Actum Ulma anno XXIII regni Ludewici Regis in orientali Francia,
mense Februario XI kal. ejusdem mensis die Saturni, ipso Rege præ-
sente. Hic Epocha prima seu regni Franciæ orientalis ab anno 833 ve-
833. locum habet. Kalendæ Februarii hic dubium sensum faciunt, an nim.
intelligi debeant Kalendæ Februarii vel Martii? Sed quia actum dicitur
ipso mense Februario, procul dubio designatur dies XI kal. Martias seu
dies 19 Februarii, non autem XI kal. Februarias seu dies 22 Januarii.
Qualiscunque autem dies assignetur, utrique respondet litera Dominicalis
B, quæ verificata fuit anno 858. quo et quidem in Februario Ludovicus
Ulmam advenit, ut tradunt annales Fuldenses et Crusius. Sed annus
XXIII. non concordat, currebat enim iam XXVI. Quid inde? dummodo æ-
quivalentem notam habeamus, neque enim vel ipsi Notarii tam exacti erant
in computandis annis regiminis.

Si quis vero imprimis iram Dei &c. De hujusmodi imprecationibus
etiam in chartis privatis usitari solitis adiri poterit Mabillon de Re
Diplom. l. 2. c. 8.

Signum Gozperti comitis &c. Qui comites tum cum Rege erant. Porro
circa hoc tempus vixerunt Adelbertus comes Burgaviæ teste Mabillonio.
Adelbertus alius comes Rhætiæ ex familia Ravensburg seu Altorf. Anselmus
comes Kyburgi vel Frauenfeldæ, eodem teste.

Charta potestativa. i. e. cum manu advocati, ut supra monui.

Charta X. N. VII
Diploma II. Ludovici Regis.

Vir venerabilis Wolvene. Hinc patescit, Wolvenum iam Ulmæ in ha-
bitu religioso comparuisse, quamvis Chronicon Einsidl. id primum
post reditum ex Francofordia id eum fecisse affirmet.

Fidelis Vassus noster. Fideles, ut notat Speidel in Besoldo, dice-
bantur ingenui atque liberi, qui feudo accepto in Domini fide ac cli-
entela erant. Vassi seu Vasalli vocabantur à vade, eo quod vadimo-
nium pro beneficiis acceptis Autori seu Seniori suo facerent, ut explicat
Goldastus f. 136.

Detulit quoddam Scriptum, nempe chartam traditionis.

Præter illud solum quod ad Loufen tradidit. In charta præceden-
ti habetur, excepto: in vidimus Germanico ausgenomen. Alii hi
exceptive, alii præsuppositive accipiendum autumant, ut sensus sit
præter illud ad Loufen situm, quod iam prius ad Monasterium dedi. Quid-
quid sit de hoc, certum est ex charta XIV. et XX. multa adhuc
in Laufarro Marchio possedisse, quæ postmodum cum Gozperto comite
commutavit.

Sicut legitima via descendit de Stake in Staselbrunnin, &c. Au-
diatur hic Besoldus V. Grenzbrief. Sunt tales, inquit, ubi comitatus
vel territorii alicujus termini et fines specifice designantur, fines
enim possessionem et dominium demonstrant: unde dicitur quod Confinium
causa sapiat naturam possessorii et petitorii l. 2. §. fin. ff. de fin. reg.
Ergo si per talem scripturam, concludit ille, fines et districtus alicujus
territorii designantur, simul quoque innititur quod dominium et Jurisdic-
tio ad eum districtum pertineant, cui præsumptioni est standum, nisi aliud
probetur. Juxta hanc doctrinam totum territorium intra limites hic de-
scriptos contentum, hi pagi infra scripti cum omni dominio et Jurisdictione
iam inde a prima fundatione ad Monasterium nostrum pertinebant.

Usque ad medium fundum Rheni. hoc de proprietate et Jurisdictione
intelligendum. nam Piscatio in utraque parte Rheni expresse concessa est
a Ludovico Rege.

dum in ipso loco qui dicitur Sirana. Hoc Glossa non indiget.

Holsheim. de hoc nil amplius nisi in ch. LV. in omnibus Mrij aufg. nisi quod aliquando in quadam Schedula cancellariæ legerim, Holtzen; igitur inquirendum.

Ruchlinga. non amplius occurrit, nisi in charta LV. nec a multis iam seculis aequa ibidem ad Mrium nostrū pertinuisse invenimus, nisi unū et alterū agellum decimabilem, non ita pridem per concambiū Mrio Vallis S. Catharinæ relictum.

Trullinchova: accesserunt postmodū quaedam prædia, in charta XVII. XVIII. et XXVII.

Quam et in cæteris. Loca hic enumerata recensentur singula in confirmatione Heinrici III. seu charta LV. de quorum uno vel altero aliquid occurrit notandū.

Elemichova. In Diplomate Heinrici III. Helechenchova [illegible]

Becchinkova. In Diplomate Heinr: III. Beichinchova. Non est Bechinken, ut alicubi notavit P. Renner: nec Bochenhofen quod Stumpfius ait situm under der statt Zürich zwischen [illegible] und dem [illegible]; sed Benken, prout legitur in Vidimus Germanico quod solū jacet intra limites suprascriptos.

Stanheim. Stammen ut asserit Goldastus. Nihil ibi reliquum. Non chronicon Sangallense apud Goldastū testatur, Carolum Crassū S. Othmaro imperatoria tradidisse authoritate sub nomine Stamheim. Stumpfius ita scribit: Crassus hat den [illegible] Abbt [illegible] zu S. Gallen übergeben A°. 884. aber die obrigkeit und weltliche [illegible] desselbst haben die [illegible] zu [illegible] gehabt, [illegible] von den Römischen kaisern zu [illegible] und abbt zu S. Gallen auf Conradt I Bischoffen Salomon von constantz [illegible] ist an. 1464 die [illegible] und [illegible] an die statt Zürich [illegible].

Moineswilare, Möölen, ut habetur in Vidimus Germanico: quod in alijs chartis dicitur situ in Longarro Marcho. Est et Mösswil ad S. Galli; de quo Schobinger in notis ad Vadianū; sed hoc nihil ad nos.

Cella alba &c. Sed inquies, nunquid et hoc a Wolveno donata Mrio, cum reperi hic non solū a Wolveno sed etiam ab alijs donata, cum rempe Mrij bona notabilia a Wolveno in mundiburdium [illegible] tionem contradita. Replicabis; cur igitur nulla mentio de Lauchringen, Mettingen, Bozmandingen? aut Wolvenū sibi ea reservasse, prout de Mettingen constat ex charta sequenti; aut ea non tanti valoris fuisse, ut mererentur in Diplomate specificari, prout erat ager ille in Bassendingen iuxta chartā III. seu

Seu quicquid in Italia, in pago Veronense et Tartonense. In margine chartarij vetusta manu rubricatur: id est, curtenova ac Rubeselle et Gaves et Chadrun. In Diplomate Henrici III. Gaves omittitur. In Helvetia Sancta dicuntur Possessiones di curtenova, Chedro et Rubelli. quo solo etiam recensentur in Diplomate Henrici III, omisso Gaves.

Cum omnibus appendicijs ad ea loca pertinentibus. Besold V. zugehört: verba illa mit allen Zugehörungen und gerechtigkeiten sunt universalia nil excludentia. Idem V. mit [illegible]: sub verbo pertinentiarū in concessionibus castrorū et villarū venit quoque territoriū et per consequens etiam jurisdictio seu merum mixtumque imperiū. Denique V. Ehehafften ait: die Ehehafften seu regalia minora, ut Mühlen, Schmitten, [illegible], [illegible], comprehendi sub verbo pertinentijs. Nimirū, teste Schobingero in Vadianū, in [illegible]

M. estate Monachis comedi solebant.

Mansos CIIII. Mansum varij varie explicant, re ipsa tamen vix discrepare videntur. Mabillonius, Vadianus et alij dicunt esse villam coloni unius cum fundo et certo modo agri. Hunc certum modum Besoldus et Goldastus determinant ad eam extensionem, quantam quis cum uno pare boum laborare possit in anno. Broverius in antiq. Fulden. l. 3. talem fundum assignat, unde minimum agricola, salvo dominorum fructu, se familiamque large sustentaret: nam in libris collectaneis Ecclesiae Fuld. singulis mansis jugera fundi et servitia adscribuntur. Caetera mansus dominicatus dicebatur, wan ein herr g[e]selzt ein gutt bey [illegible] oder genossen.

Excepto terra salica. Vadianus apud Goldastum: terra salica [illegible] Lehen gütt, ut contraponitur den [illegible]. Agros alios elocabant, nonnunquam certa conditione redituum et culturae, in perpetuam possessionem, nec mutare licebat colonum aut posteros, nisi pactum aut conditionem violassent. Lege tamen salica cautum erat, ut ejus possessionem ex haereditate mares soli adirent, nulla prorsus parte ad foeminas pertinente. Perpetua illa locatio jure [illegible] ab antiquis ager hoc pacto locandus Emphyteusis vocabatur, hodie Erblehen. Non vectigalis erat jus vectigalis dicebatur, hodie [illegible]. Non vectigalis erat qui ad certum tempus vel nutu domini locabatur, vulgo [illegible] qui ad certum tempus elocatos dictos fuisse.

Hinc colligo 1mo agros ad certum tempus elocatos dictos fuisse non vectigales, non quod absque locentur, sed quia census non est perpetuo illis affixus, sed ad nutum Domini mutato possessore variabilis. Colligo 2do mansos illos a Wolvene traditos fuisse temporis nondum fuisse Emphyteuticos, sed ad certum tempus aut dies vitae tantum colonis locari solitos, quo modo hactenus villa nostra a Sen[illegible]tis locari consuevit. Colligo 3tio in districtu supra secundum limites descripto praeter mansos CIIII. plures hinc inde fuisse Emphyteuses, prout hodiedum plures sunt praeter curtes seu [illegible] quae sub nomine terrae salicae intelliguntur, quia ad solos mares transibant: harum autem dominium directum ad Wolvenum pertinuisse ac ab eo ad Monasterium devolutum esse, non ambigo: hinc etiam particula illa excepto non exclusive sed inclusive accipienda esse, ut sensus sit, praeter terram salicam traditos fuisse mansos CIIII.

Et Mancipia CCC. quorum nomina in sua traditione conscripta sunt. Simile apud Goldastum invenies t. 2. p. 1. ubi post completam traditionem subnectitur catalogus mancipiorum, qui sic incipit: Breve de illos homines, quod Berta fecit, hoc est, Wintrolf, radlega &c. Fuerunt autem alij coloni, [illegible], alij [illegible] ad operas quaslibet et servitia destinati, quibus tamen etiam pars aliqua minor fundi pro cultura assignabatur.

Iterum veniens ad curtem nostram nomine Ulmam. Curtis dicitur alia villicana, [illegible]; alia regia, Königliche [illegible], ut testatur Vadianus habet in chron: Mss.

Porro tria hic distinguenda sunt tempora: 1mum quo Wolvenus traditionem fecit, quod denotatur per illa verba: ut autem hoc actum habuit. 2dum quo chartam traditionis Regi praesentavit confirmandam per verba, iterum veniens Ulmam. 3tium quo Diploma Francofordio signatum est, quod significatur in Dato Diplomatis.

In dominatione nostra atque Mundiburdium. Besoldus v. Mund

tur. Jus dientare vulgari nomine vocatur Mundbürd. quae vox signi-
ficat gerichtsschutz und schirm, h.e. advocatiam, defensionem, tui-
tionem, clientelam. Hinc Mundiburdientes dicebantur advocati, teste
Besoldo in atlante. In Vidimus Basileensi ad marginem huius Diplo-
matis adscribitur, Mundiburdium i.e. integrum dominium. vocula
Mund paulo inferius explicabitur; interim concesserim cum Bur-
git lingua Gothica dominium aliquod significasse. Notandum autem diplo-
matisto, hanc traditionem in defensionem ac dominium regis hanc opera
si dicitur, quod Monasteria ab omni aliena potestate censeantur libera.
Et etiam hoc expresse adscribitur a Ludovico nostro, infra decernente
ut nullus ex successoribus nostris, neque comes vel ulla potestas etc.

Quatenus diebus vitae suae etc. Postea ius quoque discessu etc.
Hic quaeri potest, an volvens ab hac concessione regia ipsum jam
nomen et Abbatis officium; vel merum dominium abbatiali re-
gimine alteri relicto, usurparit.

Caballum unum et scutum cum lancea. Haec erant ordinaria
dona regibus debita in recognitionem defensionis, quae vocaban-
tur Landsgült teste Vadiano in chron: MSS. Immo etiam Principes similia
dona annua sibi reservarunt a Monasteriis a se fundatis, dotatis vel
restauratis, ut exemplis declarat Mabillonius in ann. Bened. ad an:
836.

Hoc praeceptum authoritatis nostrae. Mabillon l.1. c.2. de re Dipl.
Diplomata illa, ait, dicta fuisse Praecepta, quae in futurum dabantur
ad distinctionem Indiculorum vel Edictorum, quae dabantur in praesens.

Vel mansiones quaerere. Besoldus V. rüststandt. Mansiones vulgo
rüstzann dicuntur, in praediis, fundis, Monasteriis antiquitus constituta.
Olim mansionarii sive mansiones vocabantur ea loca, in quae quis
ius habebat divertendi et hospitandi. Hocque ius competit imperiis
Magistratibus ac Patronis in Monasteriis, quorum sunt advocati, ungeachtet
dass sie schutz und schirm, ut sic possint das gejägt, herberg, einlagerung
auf sie und die iehrigen im durchziehen ausspannen etc. De quo etiam
videri potest Mabillonius l.2. c.3. n.3. de re D. ab hac ipsa onere
Sumptuosissimo Monasterium nostrum exemptum voluit Ludovicus.

Neque Abbatem in itinere proficiscere. Praecipuam causam fuisse ait
Besoldus V. Lehen, ut Reges qui sedem fixam non habebant, vasallos Abbates
comites itineris, immo et expeditionis bellicarum etc. Licet enim teste
Mabillonio Carolus M. Wormatiensi capitulare ediderit, ne imposterum Episcopi
et Sacri Ministri ad militiam ire compellerentur; Ludovicus tamen
eius filius distinctionem fecit in concilio aquisgranensi inter Monasteria
quae dona et militia simul facere possent, vel quae dona sine militia
et quae nec dona nec militiam, sed solas orationes pro salute Imperatoris
vel filiorum eius ac stabilitate imperii. Ex Privilegio igitur Ludoviciano
Monasterium nostrum ad dona duntaxat et orationes sine militia. Quam
sumptuosum autem fuerit iter hoc hostile, sic enim vocatur a Walafri-
do, colligitur ex Hungsio referente, Abbatem S. Galli Fridericum Impe-
ratori obtulisse 350 marcas argenti
pro redemptione unius itineris in Italia.

Neque servos Monasterii iniuste constringere. Ex lege Salica, Servos
constringere vel distringere idem est ac in ius vocare, ut testantur
Nomenclatores. Per servos autem non debent intelligi famuli seu ser-
vitores claustrales, sed rustici seu subditi; nam ut ait Mabillon in annal.
Bened. ad an. 807. per ea tempora solebant servi Ecclesiarum adeoque

Mariscum, quod erant h[ominu]s in rusticanis eorum villis et prædiis. in
his igitur verbis, nec leudes constringere, continetur Privilegium
de non evocando, vi cuius h[omin]es proprij vel tuteli non poterant
trahi ad alienu[m] tribunal, unde et iuramento der Gotteshausleuthen h[aec]
formalia habentur: Ez dirkain gericht noch vogt suchen, sollen us
der Gottshaus[gericht] [illegible].

Pro nobis et coniuge Proleqs nostra. Sumptius duas Lu-
vici nostri coniuges nominat. Primam Hildegardem Guelphicam [de]
Ravenspurg seu Altorff, alteram Emmam, quam obijsse dicitur 6 Fe[br.]
876, sepulta Reginoburgi in Monasterio virginum a se constructo; ?
Haderus in Bavaria Sancta titulo Beatæ venerata. Filij Ludovico [pa-]
tri erant. Pipinus ante Patrem defunctus. Ludovicus Rex Fran[ciæ]
orientalis, Saxoniæ, Thuringiæ et Frisiæ, obijt anno 882. Carloman[nus]
Rex Bavariæ, Austriæ, Carinthiæ, Sclavoniæ, Bohemiæ et Moravi[æ]
obijt anno 884. Carolus Crassus Rex Sueviæ et Lotharingiæ, postea [Im-]
perator, misere decessit die 12 Jan. A[nn]o 888. Filiæ Hildegardis [et]
Bertha, quarum illa prima, altera secunda Abbatissam egit in Mona[sterio]
Felicis et Regulæ Tiguri, vulgo Frauen Münster, a Ludovico Paren[te]
recens fundato.

Annuli nostri impressione. Mabillonius l. 2. c. 16. de Re D. Pri[mi]
inquit, Nostri Reges h. e. Merovingici plerumque usi sunt annulis, in
quibus nomen suum in circulo cum imagine descriptum exhibetur, [sed]
plerumque tamen non protensa ultra collum, quanquam et circularis in[scrip-]
tio aliquando fuerit omissa. Eiusdem rationis sunt sigilla 2de [stir-]
pis, h. e. Carolingicæ, imagines ad dextrum latus conversæ. Huius figu[ræ]
est imago nostri Diplomatis. In 3tia stirpe videlicet Capetiorum am[pli-]
ora sunt dimidiato corpore. Sequentium integro. Sedentium in nost[...]
videre est in nostris Othonianis et Henricianis.

Actum in Villa Francofurt Palatio regio. Mabillon[ius l.]
3. c. 60. Francofurtum inter vetustissima Francorum Palatia numer[at,]
ubi Ludovicus Germaniæ Rex anno 876 V Kal. Sept. mortuus est.

Data II Idus Apr. anno XXVI Regni Hludowici Regis in
orientali Francia, Ind. VI. Ignoscendum Copistæ nostro est, qui [...]
tam habens Epochæ regni Franciæ orientalis notitiam annos Regni L[u-]
dovicianus semel pro semper ab a[nn]o 842 calculando chartario adiecit
annum Incarnationis 868. cui etiam accomodavit annum VIIII. [Nico-]
lai Papæ, quamquam novo impsum errore, siquidem Nicolaus iam prece[den-]
ti anno 867 die 13 Nov. obierat. At vero annum 858 non 868 hic [assi-]
gnandum esse, probant sequentia argumenta.

1º quia, ubi regnum Franciæ orientalis exprimitur applicand[a]
est Epocha ab a[nn]o 832. quam etiam in Diplomate 3tio ob eandem
rationem locum habere, ibidem demonstrabo. Porro annus Ludovi[ci]
in Franc. or. regnantis XXVI incidit in annum D[omi]ni 858. 2do
In hunc ipsum annum Mabillonius refert Diploma Ludovici Monasterio
Tigurino datum a[nn]o XXVI. regni in Fr. or. Indict. VI XVI Kal
Maij. 3tio Indictio VI non annum 868 sed 858 determinat. 4to
Concordat historia, nam annales Fuldenses Ludovicum a[nn]o 858 in
mense Februario, qui præcedens charta eidem præsentata est, Ulm[-]
am advenisse asserunt, inde circa medium Quadragesimæ digressum Fra[...]

confectum. Paschatis p° quod in Zagr. invaserat, celebrandi causa, fuit autem die 24 decessisse. Datum est ergo diploma nostrum Francofurti, VI id. Apr. a° 858. Prout etiam habet Chronista Einsidlensis.